

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6312

**Auteur(s) :** Robert Ier, Meulan (comte)

**Bénéficiaire(s) :** Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** faux

**Datation :** [1227-1285]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert [III], comte de Meulan et Leicester, donne à l'abbaye Saint-Pierre de Préaux le manoir de Toft [Monks] et ses dépendances que Guillaume le Conquérant lui avait donnés, le droit de patronage des églises Sainte-Marguerite de Toft [Monks], Notre-Dame de Haddiscoe, Saint-Michel d'Aston [Tirrold], Saint-Léonard de Willey, Notre-Dame de Spettisbury, Saint-Michel de Charlton [Marshall], Saint-Nicolas de Newbury avec leurs dîmes et revenus. Il confirme les dîmes des moulins et des revenus de la ville de Newbury et une hide de terre qu'Arnoul de [Vieil-]Hesdin, comte du Perche et seigneur de Newbury, lui a données pour l'aumônerie de l'abbaye. Il donne aussi le petit hameau d'Arlscott avec cinq hides de terre libres de tout service et le manoir de Spettisbury.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 4, p. 2146.
- b. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, p. 1027 (sous la forme d'un inspeximus du roi Édouard Ier donné en 1285).
- c. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° C17, p. 464-466.

### Indications

Achery Luc d', Baluze Étienne, La Barre Louis-François-Joseph de, Martène Edmond, *Spicilegium, sive Collectio veterum aliquot scriptorum qui in Galliae bibliothecis delituerant, Nova Editio*, Paris, Montalant, 1723, 3 vol., t. 1, p. 477. Houth Émile, *Catalogue des actes de Robert II, comte de Meulan, Bulletin philologique et historique (jusqu'en 1610) du Comité des travaux historiques et scientifiques* année 1961, 1963, p. 518, n° 41. Houth Émile, *Les comtes de Meulan, IXe-XIIIe siècles*, Pontoise, Société historique et archéologique de Pontoise, du Val-d'Oise et du Vexin (Mémoires de la Société historique et archéologique de Pontoise, t. 70), 1981, p. 113, n° 41.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir ROUET, Cartulaire de Saint-Pierre-de-Préaux, n° C17, p. 465.

Il est partant que cette charte est un faux : d'abord parce que les renseignements qu'elle comporte sont en partie inexacts (par exemple, Saint-Léonard de Willey a été donnée à l'abbaye par Roger Abbadon bien après la mort du comte Robert III de Meulan et de Leicester, intervenue en 1118) ; ensuite parce que la paléographie de l'acte

est en tous points semblable à celle de plusieurs actes du cartulaire copiés dans le cartulaire vers 1300. L'absence des noms des témoins dénonce elle aussi un faux.

Texte établi d'après c

Universis sancte matris Ecclesie filiis Anglicis, Francis et Normannis, Robertus comes [de] Mellento et Leycestrie, salutem in vero salutari Domino Jhesu Christo. Noverit universitas [vestra] quod ego, pro salute anime mee et dilecti mei domini regis Willelmi et antecessorum meorum, d[edi] et con]cessi et presenti carta mea confirmavi, Deo et ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli de P[ratellis] et monachis meis ibidem Domino servientibus, manerium meum de Thostes, cum omnibus [pertinen]tiis suis, videlicet terris, nemoribus, mariscis, pratis, turbariis, hominibus, redditibus, past[uris communis] et aliis quibuscumque dicto manerio spectantibus, ita libere sicut karissimus dominus [meus], illustris rex Willelmus, illud michi dedit, qui ante me illud aliquantulum possedit, tenendum et [possi]dendum dictis monachis et eorum successoribus in liberam, puram, et perpetuam elemosinam ben[e, in pa]ce, honorifice et juste, solutum et quietum de siris, de sectis, de hundredis, placitis, q[uerelis], consuetudinibus et regalibus demandis universis cum soccham, saccam, thol, thif, infongene[thif], hutfongenethif et cum libera waranna in parochiis de Thostes, de Haddescho et de Th[orp, cum] omnibus aliis libertatibus. Addidi etiam huic dono jus patronatus ecclesie Beate Margarete [predicte] ville, jus patronatus ecclesie Beate Marie de Hadescho, jus patronatus ecclesie Beati Michaelis de Eston[a, jus pa]tronatus ecclesie Sancti Leonardi de Wyleya, jus patronatus ecclesie Beate Marie de Specteburi, jus patronatus ecclesie Beati Michaelis de Cherlinton, jus patronatus ecclesie Sancti Nicholai de Neuburi [cum deci]mis, fundis, obventionibus, pensionibus, ad dictas ecclesias pertinentibus. Item in villa de N[euburi, de]cimam tocius redditus, vel exitus ville, id est de molendinis, de theloneo et de omni re que [decimari] potest vel poterit in futurum, cum una hyda terre libera ab omni censu et consuetud[ine, secta] curie et universo servitio seculari que omnia Arnulphus de Herdinck, comes del Perche, [dominus] Neuburi, michi donavit ad usum elemosine monachorum meorum predictorum. Dedi insu[per mona]chis meis predictis, parvam villulam que vocatur Orlaveschote et quinque hydas terre [ad eam] pertinentes liberam et absolutam de siris, de sectis, de hundredis, placitis, querelis, auxiliis, co[n]suetud[n]ibus, serviciis secularibus, universis demandis et omnibus exactionibus quas mens humana [scit vel] sciet, potest vel poterit in posterum excogitare. Dedi nichilominus monachis prefatis al[iud man]erium, nomine Specteburi, cum tota villa, terris, nemoribus, pratis, pasturis, ripariis, [molendinis], hominibus, eorum serviciis, capitagiis, redditibus et omnibus dicto manerio et ville spectantibus [liberum] et absolutum de siris, de sectis, de hundredis, placitis, querelis, auxiliis, consuetudinibus, serviciis, [secularibus] et omni angaria regali cum soccham, saccam, thol, thif, infongenethif, cum omnibus aliis [libertati]bus. Ista omnia prescripta, ego Robertus comes predictus dedi Deo et ecclesie et monachis predictis [tenenda], possidenda et habenda sicut liberius, tranquillius et honorificentius aliqua elemosina in regno Ang[lie dari] potest vel teneri. Et ne aliquis in posterum donacionibus meis caritatis intuitu factis au[su teme]rario audeat contraire, presentem cartam predictis monachis tradidi sigilli mei impression[e muni]tam, presentibus domino Cantuariense archiepiscopo, domino Eboracencense archiepiscopo, dominis Sareburiense, Norwycense, Coventrense episcopis, dominis Glovernie, Sareburi, [del Perche, de Moritone, de Warwyk, comitibus, et aliis baronibus, militibus, clericis, nobiles et liberis hominibus quampluribus].